documentis et allegationibus divisionem bonorum dictorum omnium tam mobilium quam immobilium ad haereditatem illam pertinen[tium] et ubicunq[ue] bonorum et apud quoscunq[ue] existen[tium] inter partes praefatas legitimam faciant et quantum pro sorte et interesse cuiuslibet accidunt, id cuilibet et unicuiq[ue] illorum decreto suo mediante adiudicent et attribuant neq[ue] liberam eorum dispositionem authoritate nra Regia realiter et effectualiter tradi faciant et ad extremam huic negotio manum dando etiam inter partes si opus fuerit interpositis omnes vel du- vum Fid. vrorum absentia non obstante

Mandatum ad eandem

Sigismundus etc

Famatis Proconsuli Consulibus Advocato et Scabinis Civitatis nostrae Grudentiensi Fid. nobis dilectis Commisimus certis Commissarijs nostris, Ut divisionem certorum bonorum post Nobilem olim Joannem Bartoszowski nobili Mathiae Koslowski venditorum et Resignatorum inter Successores praefati Joannis Bartoszowski facerent verum quoniam praefatus Joannes Bartoszowski esset mente captus qui eadem bona nec vendere nec resignare non potuit ijsdem Commissarijs nostris permisimus ut ante divisionem diligentem de illius insipientia inquisitionem facerent quapropter Fid. vris Mandamus ut posteaquam per literas commissarionem nostrorum vocati fuerint coram eisdem commissarijs tam ipsi publico nomine quam etiam alij de eo negotio quibus constaret et quas partes indiguerint et pro rei exigentia sub iuramento compareant testimonium de eodem Joanne Bartoszowski perhibeant aliaq[ue] omnia prout et quotcunq[ue] causa praesens et actio postulaverit. Pro gratia etc

Mandatum ad Cons. Crac.

Sigismundus etc

Spectabilibus et Famatis Proconsuli et Consulibus Advocato et Scabinis Civitatis nrae Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam. Spectabiles et Famati Fid. nobis dilecti Conquestus est Famatus Martinus Zielinski Civis Crac. quod Generosus Skala contra iuris et aequitatis rationem domum lapideam ipsius propriam et haereditariam nulla praecedente cittatione eidem Martino Zielinski ademerit et occupaverit. cum itaq[ue] iniquum sit quenquam possessione privari antequam iure victus sit Fideles Fid. vris Mandamus ut eundem Martinum Zielinski in bona ipsius praefata propria per praedictum Skala illi adempta reintromittant reintromittiq[ue] curent neq[ue] illum molestari permittant quinimo eundem tueantur et defendant. Secus pro gratia etc